

A

2

—

—

III

•

—

A MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADEMIA
MIKROFILMTÁR
KÖNYVTÁRA *
BIBLIOTHECA *
ACADEMIAE SCIENTIARUM HUNGARICAE



BUDAPEST

FOTO:
SZ. E.

1959

MTA KÖNYVTÁRA
KEZIRATTAR

DISZMÜVEK

350.

FORGÁCH, FRANCISCUS

RERUM HUNGARICARUM

SUI TEMPORIS COMMENTARII.

KEZIRAT, 2-r. 137 lev.

5┐

4┐

3┐

2┐

1┐

2└

3└

┐3

┐2

┐1

┐1

┐2

┐3

┐4

┐5

┐6

4


5

Tortent
1722
740. Gais

3

3

5





FRANCISCI FORGACSI
 DE GYMES BANNONI RE-
 RUM HUNGARICARUM SVT
 TEMPORIS COMMENTARIJ, VI-
 TIS NON PAUCAE ALIAE AC-
 cessere toto pene Terrarum Orbe
 res gestae fectu lectuque dignis,
 finae.

M. ACADEMIA
 KONYVTARA

3

Epistola Nuncupatoria.
in
Annales Francisci Forgacs de Gyemes.
Serenissimo Principi ac Domino Domino
GABRIELI BETHLEN
DEI Gratia, Principi Transylvaniae
Partium Regni Hungariae Domino,
et
Siculorum Comiti, Domino suo benignissimo.

Hominem ad res duas natum esse, Princeps Serenissime, ad intelligendum videlicet, et ad agendum, insita natura vis et omnium oculis vltro sese ingerens quotidiana experientia, manifestum reddunt; vel enim animo duntaxat et cogitatione defixi circa adhaerentissima naturalium versamur, vel actione, circa quam plurima occupamur. Utrisque excellere et si nemini non esse laudabile, Principibus tamen cumprimis esse illud fore. Es vero fuit id clarissimis quibusque regibus et Principibus summa cura propositum, et quantum Maiestate Imperii ceteris praevalerent, tantum multifaria rerum cognitione antecirent. Ut omnium infinitos alios, doluit vehementer Magni Orbis Domitori Alexandro, quod Aristoteles, quae sibi olim e sublimiore et sanctiore Philosophia tradidisset, ea ceteris mortalibus divulgando communia fecisset, non aliter se magnam reputans nisi singulari quadam reliquis scientia praepolleret. Alphonfus vero Aragonia Regum litteris facile cultissimus, omnium potius, quam scientia iactantiam se facere paratorem fore adseruit. Ceterum tam ea, quae ad actiones pertinent, in homines, in loca, in tempora et in res a Sapientibus diuidantur, historia vero his omnino partibus contineatur: omnem eius cognitionem vtilem, potissimum vero eam, quae Regum Principumque virorum vias et res gestas ob oculos ponit aduocato, datissimam, ac per necessarium iis, qui rerum potuerunt, et a quorum moribus et administratione fortitudo gentium pendet, recte indicantur ea, siquidem est vis caecum plerumque et plerumque ad praestantissimorum hominum facinorosa actiones vitae suae componentes ad summum gloria culmen sine euecti. Certe Hannibal fatalis Dux et terror Italiae Pyrti Regis Ciprotarum et Alexandri Macedonis disciplina, quam ex historia hauserat, ita est informatus, ut Romam Orbis Caput pene pressum dederit. Ipse porro Alexander Regis Cyri et Julij Caesar



Caesar Alexandri imitatione et exemplis inflammati ac instructi; Monarchias Orbis sibi cum insigni nominis incremento comparauerunt. Sed ut institutum meum prosequar, Historiam plerumque multarum gentium, et feruentiarum grauitate ac varietate et verborum copia, et dicendi elegantia contexuerunt, sicut et nostra exstant tradita: feliciores tamen, si nostri corporis, nostraeque Sentis contigisset, rerum a maioribus nostris praclare gestarum Scriptores habere, ne ab externis autus Sentis nostrae splendor esset petendus et praesertim ab iis, quos Hungarorum arma olim fatigarunt, qui ut sunt ingenia humana ad suam cuique leuandam culpam, nimis plus facunda, haud dubie gloria Sentis nostrae ferbendo non nihil decerpserunt. Unus inter praecipuos exstitit Indigena, quae genens, quae doctrina splendore claret, Reuerentissimus Franciscus Forgacs de Gyemes Antistes olim Varadiensis, qui ad res sui cui describendas fidem summam et Eloquentiam haud vulgarem adhibuit, quae ita hominum vitas singulorumque prioribus succedentium ordinem, ita locorum, ita temporum seriem esse complexus, et tam moderata ad historia normam dicendi copia, ut nihil adfectatum in eo apparere videatur. Quia vero Serenissime Princeps, historiam suam ab eo tempore oritur, quo regni Hungarici amplitudo inclinari Transylvaniamque illius potissimum deflorare coepit, et ritae lectioni Serenitatis Vestra vltus alius historicus vtilior? ut qui diuino nutu easdem habenas moderari iam quarum varietatem ac vicissitudinem totis viginti duobus libris Illustris hic Vir, meritis colonibus et imago, gemibus seductus fauore et odio procul testis oculatus, imo pars ipse multarum rerum expressit. Perspiciat inde Serenitas Vestra, quid florentissima hac regna e flit rerum statu dimouerit, videbit rectas rerum moderandarum rationes, aduertat, quam sit res plena periculi, pietatem non colere, defidia inter suos clare ponit, quam coerecere, estuantem honorem diuinitumque cupiditatem non refecere, re, quae non scelera perniciter, coniurationes, prodiciones, toto hoc libro ex his vltis fontibus traduntur, profluxisse, quae prope torrentis instar, totas prouincias inundauerunt, deformauerunt; haec et alii id genus innumera erunt, hic legendenda. Porro ad rationem huius mei scripti quod adinet

Serenus

Serenissime Princeps affi, ut tanti viri et
Austriaci elegantissimi scriptis Dedicatorem profi-
gam, haud me tali digno honore, cuius fuis a Jde magna fa-
ne et praecipua in Historica virtute Serenitati Vestrae
fatis comendatus. Sed cum Anno Superiore Vir quidam
Nobilis ex familiaribus Inelyta Chila Serenitati Vestræ
Ira apud me hic Cassovia existens, in hunc Austriacum, quem
antea nusquam viderat, inuiderat, et in Transylvania
reuerfus Serenitati Vestrae comendasset, eius desiderio Se-
renitatem Vestram teneri aliquoties inuenerat, meque ad deseri-
bendum litteris suis hortatus est huius enim tam insignis au-
ctoris et de deitate nostris meritis scripta, vix tria quatuor-
ve (quod sciam) exemplaria manu scripta, ab interitu vindi-
cant. Itaque parvam studio demisse complacendi Serenita-
ti Vestrae transmisit. Porro ut hanc meam compellationem
offeruantis mea submissa teipsum Serenitas Vestra beni-
gne admittere atque probare dignetur, demisse oro De-
i Optimum Maximum conferuet Serenitatem Vestram
diutissime incolumem. Cassovia Nonis Julii A. D. 1619.

Serenitatis Vestrae.

Subiectissimus Sermo
Cassar Tassij

Epistola hac inter Simelia Illustris Samuelis Szekely in
suo originali primario cum Litteris et ipsius auctoris pro-
fatis, necum comunicata, ac ex Authenticis transfusa.

LIBER PRIMVS

Postquam Ioannes vitam cum morte comu-
tauit, bellum civile est renouatum. Nam Ferdinandus
celerime comparato Exercitu Habelam Reginam cum
Filio Infante, per Duces Rudae obsidendam curauit
in spem aduersus ob mortem Regis novum confirma-
to Regno, non saltem Rudae possidenda, sed si Regi-
nam cum prole in potestatem redegit, finem et
iam belli in omnem posteritatem. Sed obsidionem
fortissime sustinuit Regina, ope virorum praestantissima-
rum Georgii Episcopi Varadiensis, Stephani
Werbotzy, Valentini Torok, et Petri Petrovici-
prater alios complures viros Militares. Tandem So-
limanus quoque cum valido exercitu accitus aduenit,
ac Germanorum Exercitum magna hominum strage pro-
fligauit, qui exinde parua victoria Rudam reliquit, Re-
ginam autem cum prole incolumes dimisit. Quod vero ex
Hungaria reliquum foret, ac Transylvania et Superiorem
Inferioremque Hungariam cum Temesvaro et Lipra, Del-
gradum usque orientem versus obtinebat. Ergo cum
Ferdinandus bellum ad se traaxisset, et continuo a-
lia fortalitia perderet, fuit Transylvania et Superiori
Inferiori que Hungaria statim non poenitendus. Ci-
vilia enim bella cessauerant, et imaginem quanda
prae se regni retinebant, manseruntque idem status
decem annos, cum rursus et Civili et externo bello
nova materia oblata esset. Nam cum Ferdinandus
sua tuam non popset, ac peregrine perdidisset, et cum
bellum numquam susciperet, per causas bello
ferere esset solutus, Ungarum agredi statuit primum
quidem occulte, diuina etiam per Legationes. Sed
antequam ad feriem regum veniamus necesse est
praesidio alius repetere, Iohannes Rudam atque re-
liquam Hungariam obtinebat, exceptis iis quae Ro-
mano coniunguntur. Cum vero e viuis cauderet, Ge-
orgium et Petrum Petrovicium Tutores Testa-
mento

mento legauit. Georgium vero paullo ante Vara-
dienſi Pontificatu donauerat, Petrus autem, quem
ſanguine adtingebat, et ob atatem iam prouectus,
rem ac perpetuam Orbitem ſuſpitione omni va-
cabat. Sortitis igitur inter ſe Prouincijs Ge-
orgius Varadinum et Panadium Pontificatus am-
pliſſimos atque cotius omnes Hungariae Infe-
rioris, qua ad fines Tranſyluania ad Tribicum
porrigebantur, Zakmar, Arad, Diſhar, Zol-
nok, Bekes obtinebat: in Tranſyluania autem
pleraque ualidiſſimas arces, Ciuitates uero ac Ma-
gnates partim proſuſione immenſa, partim ho-
noribus ac Dignitatibus ſibi deuinxerat. Ultra Fi-
ſcum Leonhardus Cyecrij in ſuperiori Hungari-
a Caſſauim et magnas ditiones gubernabat: Pe-
trouicijs Temeruarum, Lippam et alia pleraque
oppida arceſque cum Orientalibus Diſionibus, et
Legas et Karanſebes cum finitimis Raſianis
Danubium uſque et Belgradum: Regina autem Ci-
uitatem Albam Iuliam in Tranſyluania peramoena
et focundam copiarum tenebat, moenibus tamen
ad antiquum modum manitum. Iſta ditiones amis-
ſa Buda in ſua ſibi Regis Johannis permanſerant
tanta quidem felicitate, ut ne temporibus quidem Pri-
ſcorum Regum maiori ſua potuerint Vin. Equi, Arma
opreſque in ampliſſimo et opatentiſſimo Regno ſup-
petebant: nec ſeruitus preueniebat, cum Regni Len-
tiſque et nomen et decus etiam recidiſſet. At
in ſuperiori Hungaria ac Cir. Danubiana, Frans Da-
nubianaque atque Illyria cum exceſſu Johannis,
primum Buda perit cum Exercitibus Germanicis
ac Diſionibus Danubianis et plerisque alijs: Imo
regna ipſa, qua ad Ferdinandum deſcuerant,
ſtatim

5
ſtatim in poteſtatem Solimanni deueniunt, et
ſaicra et Sclauonia et Croatia et Strigonium et Alba
Regalis, et Solofium et Valkouaria innumerabi-
liſque arces atque Oppida cum immenſis Diſioni-
bus. Igitur quamdiu Tutores atque Regina concordie
manſere, uiguerunt: mox unius hominis ex praua
et inexplebili ambitione orta perfidia, ſequere re-
quumque proceps dedit. Sed femina motus An-
no Nono et quadraſimo a partu Virginis Supra
Milleſimum et quingentimum iacta. Nam Petrus,
cum perſpiceres opes Regni non in publicum, neque
Regis uſum conuerſi, ſed ad augendam propriam po-
tentiam diſtrahi, tum etiam ne morte Cuius incerta
Familiarium ſuae theſauri diſſiparentur; uolebat,
ut opes regni atque Theſauri ab Electis ad uſtodia
proſtantiffimis hominibus adulto Regi cumula-
rentur conſeruariſque. At Georgius ut erat au-
arus atque ambitioſus et ſuſpicioſus, non modo retinuit,
ſed in deterioreſſimam partem interpretatus eſt. Tanta au-
tem potentia erat, quod regnum gubernaret, ut ad ſum-
mum ſplendorem, ſumamque dignitatem nihil proceperit
nomen Regium deſſet. Regina uero, cui uix ſummi
ad neceſſitates Aula ſuppeterent, auaritiā et poten-
tiam Georgi agerrime precebat, eoque in Poloniam ab-
ire cogitabat, niſi precibus et promiſſis amboꝝ Tutorum
quos diſcentibus iam inter ſe odus cohibita
eſſet. Ergo etiam Regina bona Materna charitate
ſuncta miſtris Oratoribus in gratiam eos tum redu-
xit, ſed concordia haec manentibus iſdem cauſis, haud
diu durauit. Unde Petrus et Magnates Inferioris Hun-
gariae, Franciſcus Patochy et Antoni-
us Loſoncius Reginam petuere ut Lippam
concederet: Ciuitas eſt Inferioris Hungaria muro tenui
cincta, et in ea ante ualida, nec paſſuros, ut quidquam
ad

ad Regalis Dignitatem Aula decederet. Ad molientem
Reginam Georgius spe proce, et vim adhibiturus, si
opus foret metu Invidia retinuit, nec multo post Regi-
nam Cibinium cum Petro profuscentem intromitti
veruit, ne munitissima opulentissimaque vrbe, tamquam
apice Regni potiretur. Id vero Regina vehementer
indoluit, et alius penetrante dolore, lacrymis non
temperavit, ceteris vero omnibus reputandis ten-
tam ingratitude atque audaciam. Ita irae et odi-
a prorupere. His de rebus Georgius, quod Regnum
ac Reginam inclinari videret, et Johannem quoque
ex Ephoebis excedentem metueret, in fraudem aesti-
gitium conuersus noua secum agitare, et Secreta
Epistola ac Nuntii hinc inde comeari. Demum Fer-
dinandus Nicolaum Comitem a Salmis reuocauit bel-
licarum supremum Curatorem, cum mandato ad eum
allegat, Georgius in Oppidum Bathor Andrea Ba-
thory colloquio desonatum cum Equitum ac pedum
copiis bellicissimis, quas continuè stipendiis ad cor-
poris custodiam albat stipatus Sexto Idus Septem-
bris venit, cetera quoque Aula Regium in modum
erant. Nam propter Regium nomen potentiam osten-
debat. Mandata Nicolaus magnificis diebus recitat.
Nos sumam trademus, secretis enim sermonibus ne-
mo interfuit. Quasi Hungariam Ferdinando traderet, et
posum contra vniuersum Johannem Patrimonium redditorum,
quod erat iuxta Regiam Opulentiam amplissimum,
et Regina Dotem, quae vtriusque pro magnitudine esset
splendidissima; tum autem Georgio ipsi ad Varadiensem
Episcopatum adiecturum, vna praefecturam Transylvaniae,
nisi, procuraturumque rubrum Galerum a Ponti-
ficis. Ambo in hac pacta iurauerunt. Sed Georgius
occasionem captans, alia Regina ostendebat, Anno
a parte Virginis Millefima Quingentesimo, supra
Quingagesimum incunte, ad Cal. Januarii Comitia
Claud.

6
Claudipolini: (Clasvarum vulgo) indictis Nuptiis No-
bilium ex Dynecas puellarum, lata ad praesens omni-
a. Censuram vniuersi florensi, actus minus obulo, nam ex-
cedere more gentis religiosum est. Georgio multitudine,
nem ad mortem Michaelis Chaky Serinigrum
Praefecti ac Michaelis Horuath impellente, quod
illis profusos et a Consiliis Regina suspectaret
et ideo amoueri vellet, ipsa delictis per se crimi-
nibus supplicio exemit. Ferdinandus quoque ad No-
vas Febr. Posonii comitia celebrauit, in quibus soli-
ta iam pridem de suo studio, labore, impensisque
multa, retulitque Induicias cum Imperatore Turcarum
firmatas ad quinquennium. Et Oratorem suum
de pacis spe fecisse a Turcarum Imperatore. Ob
qua cum laudibus gratias Principi acta, nec multo
post prodita aereana, Regina adiungebantur. Simul
Petrus Sulimanno perorasset eodem tempore,
et Henricus 11. Rex Galliarum gnarus Consilio,
nem per Oratores apud Carolum Quintum Impe-
ratorem nihil silentio transmittens Sulimanno
iuncta detexit. Sulimannus enim eadem, qua
cum Joanne, pepigerat et fide praestare cupiebat.
Ea vero hac fuisse: Sulimannus omnia, qua ex
Hungaria possideret, Joanni expiraret ad Esacum
vsque, Joannes vero non tribuit, sed maneris Co-
co, ut Quingenta millia florenorum Hungari-
corum in annos singulos ponderet, sed vnum cura-
vit, ne per prodigionem ut iam antea per aliquos
factum erat, ad Esacum defectis fieret, et qui
deficerent, reuocaret. Cum hisce ipsam pactis
Joanni 11. Filiam Francisci Regis Galliarum pro-
curare statuerat. De quibus ista fide nobis fa-
cere possunt, quod Budam, Becke, et Beckkerde
Joanni

Joanni restituit, filio vero in bello Segetienfi, cum
ad visitandum se Laurinum venisset, coronam au-
ream preparari iusserit. Henricus autem pra-
terea etiam mortua, sororem suam cum ingentibus
praefidis in matrimonium obtulerit, qua infra
latius narrabuntur. Qua ubi sunt comperita, So-
limannus indignitatem rei vehementer admiratus,
Mamutum nuncium (Chausy vocantur) cum atroci-
bus mandatis et epistolis ad singulos et Comitatus
et Urbes et Primores propere misit, quos in Comi-
tibus congregatis statim reddidit, eisdemque verbis firma-
vit, neminem latere, cum Budam in potestatem
acciperet, quibus Favoribus Reginam cum filio pro-
secutus fuerit, ut dabitari non poterit, quin sibi et re-
gnum ipsum Hungariae et Transylvaniae, una cum Re-
gina et filio defensionem et curam fuerit. Ita illa for-
omni vi, atque iniuria liberis mansisse, cum etiam solos
decies mille florenos, idque beneficii memoria, quamquam
ex amplissimis Opulentissimi Regni Opibus annuos ac-
ciperet, Georgium Curatorem advenxisse, fideque obstin-
xisse, quod illum ob reverentiam Monasticae Religionis et
sanctam, et iuxta Regiam dignitatem constitutam, fi-
dem, constantiam et religiosam beneficiorum nunquam exu-
turum credidisset. contra nunc, Reginam, filiumque hae-
ritum Dominos Nuncios Regnumque et sese prodidisse.
Mandare ergo ut armis, tanquam desertorem et prodito-
rem insequerentur, et capto aut trucidato, poenas re-
proferebant. Illis se negligentes, ferro et flamma vindica-
turum, Regina ut filia Joanni, ut filio paternam cari-
tatem et suscepta defensionis tutelam nuntiavit, si-
mul Petrus exercitum, suscepta defensionis, ANTO-
NIUS LOSONCZY et FRANCISCUS PATO,
CHY singulas adducebant. Castra Alba Julia facta, mox
Almasium Petrus sine proelio cepit et hinc parte copiarum
Chanadinum oppugnandum misit, Duce Nicolao Chere-
puit Rasiano, exercitum diuidit, ipsa dum reliqua Albam
Juliam reuertit. At Georgius, omnium, quae agerent per
fidelis

7
fidelissimos Ministros et Exploratores, gnarus, nihil
unctando ratus Ruspes ac Megyes Civitates in Transyl-
vania occupat, et congregatos, quos potuit, nomine Comiti
ad Solimannum Legato titulo Regni, inanibus ad fallen-
dum verbis oblegavit. Interim corrupto ad defectionem
magna largitione Primoribus Siculorum ad Oppidum Va-
larhelyi proceffit, interceptis nonnullis partium Reginae,
Procam et Valentinum et Nobilissima Maronofiorum
Familia flagrantissima in Reginam ira trucidari
iussit. Thomas Warhocz Praefecto Varadiny exercitu
in Hungaria parare, et Chanadino succurrere mandat.
Nicolaus Cherepuit, cum 8. Militibus Rasianorum
Chanadinum acriter oppugnabat, et circum fossilia ex-
ercebat, quem Thomas Warhocz fugat, castris plerisque
et ad Temesvarum ex circumiectis agris ingentes pra-
das egit; de quibus per Reginam et Manichum Soliman-
num spernicibus nunciis caeterime edictus, alii Chausium
misit, et Johanni auratum Vexillum, ipsique Petro pictas
auro vestes solita munera, Georgiumque, quos Legatus diximus
misisse, eos una, ut de eis pro libitu statueret, remisit; alii
mandata exponit, ut Johannes quam maximum populus Ecce-
citur compararet, et quantum a se Militum vellet arbitri-
tratu suo acciperet, utriusque Valachia Praefectos et Budensem
Passam, iam in Comitibus habere, nec mora Johannes
Zalanczy ad Budensem missus in Valachias cum literis
Nuntii. At Georgius tanto periculo anxius, proce, largi-
tione, atque metu adsumendis auxiliis circumiectis licentia
ac rapina iter faciebat, et ad Albam Juliam terrorem
allaturus Regina castra populus. Attulerat enim hanc
artem Georgius, quo suam potentiam auget et Regina
deprimeret, ut Siculos homines ad seditionem si cor-
ruptorem habeant, promptissimos et praecipuos Nobilitatis
in partes deduceret, quos maximis muneribus atque
largitionibus corrumperet, sed alebat. Ita ergo praecipuos
quosque sui studiosos effecit eosdem quoque tempus in Comitibus
convocabat, cum volebat. Misit ergo Nuntii ad Reginam
Regni.

Regnicolarum nomine, ut emitteret Johannem, postu-
labant, sese novum Sacramentum in verba illius dicturos.
Intellectis Regina, ut erant, non ut dicebantur fraudisque
gnara pari astutia ductis. Deinde factis Inducibus pax
firmatur, ut dimisso utrinque Exercitibus ad obsequium,
Pacem et obedientiam Regina Titique reciderent. Georgius
vltis, humilis et ingenua prostratus flens lacrymansque
veniam exoravit propter simulacris abisset, poenitentia
Viro ad Religionem dedicato, conueniret: adhuc Regina,
quodsi tanta Johannis Regis meritum obliuio cepit,
ut certe Deum flagitiorum vltorem verendum et Triumphum
sui commissum maxime suspiciendum: Johanne et, qui ad,
stabant, lacrymas fundentibus recordatione proatorum,
simul futurorum metu, ita ad proferens coadiuncta con-
cordia. Sed iam Ladron Budensis Batta festinato iti-
nere, per Lippan, fines Transyluaniæ magnis exerci-
tu ingressus, Totuaraquam venerat, et per nunci-
os cum Regina agitabat, quinam ex Seditibus et nocen-
tibus plectendi forent, simul Transalpinus et Moldaui-
ensis in castra irrupturi nuntiabantur. Tot bellorum
fama non erat segnis. Georgius mandata et Nuncios
celeriter expedite, militemque Exercitum ad signa ex
Vexilla conuocare, ita breui Sexaginta Armatorum
millia ad Lázzebes congregata ad Barsouianos
montes obsidendos Johannes Lemeny ad portam
rubram (Vires Lapu vulgo) Johannes Lendoffij-
missi, et singulis attributa valida manus. In Hunga-
ria Thomam Warköy missis Exercitum conferibere,
et ex comitantibus auxilia accire. Carionus interim
dacentos Equites cum Ferruga promiserat, qui in subien-
cto arui Deua oppido confederant, et post hoc alios quin-
gentos de quibus Johannes Török certior factus, gloria
ac vltimè auidus, qui pacem Valentinum Duda capti,
et in Bizantina captiuitate mortuum meminerat, ha-
bebatq; exercem vltimam Hunyas et multarum flente-
larum non procul Deua, manibus paternis, caede et
sanguine hostium, velut Sacrificandorum constituit.

Nec

8

Nec cunctandi tali occasione rates, explorata prius
fide Pratoris (cuiusque solis centum, tribus et decem C.
quibus, Seditibus septem et Sexaginta, per noctem itinere,
ne facto, in ipso lucis ortu peditibus per sepes et hortos
irrupere iussis, ipse cum Equitibus a parte obicibus: nan
oppidum sine muro inualidum erat:) inuictos semisomnos par-
tim, alios armamentis fugare, cadere in Domibus in-
tra obuiisque quosque prostrernere. Et notabilior cadens
fuit, quod itinere ac semitis circumfessis, palantes a par-
te sine vltimo effugio exciperentur trucidarenturque. Ipse et alii
os Johannes cum Ferruga socio, hic pedes illa eques dis-
persis per caedes Militibus, periculofo certamine, congressus,
postremo multum diuque certans non sine sui discrimine Vi-
ctor, hostem pugione per utrumq; latus transtuerberauerit.
Ferruga et omnes fere capti, victoria et vindicta latior.
fuit, quam prada, quod tot hostibus trucidatis, non pluribus,
quam quatuor filorum amissis veluti paternam mortem ex-
piasse videretur. Nonnullis ad castra refugis et vero maiora
misericordibus, ut in simili trepidatione accitis, de virtute copios-
hostium Casponus veritus, ne introitus daretur cum et com-
meatus iam impedirentur actio, qua venerat Budam co-
actus, nulla re facta reuertit. Per eandem diem Transalpi-
nus, per portam rubram cum Turcarum Vallachorum magni
copiis in Haerak (ita vocant) penetrant, missus ad Johannem
Török Benedictus Vas, quod aliquot Oppidorum Villarumq; Offi-
cium ibi haberet, omnibus circum Nobilitate ac Paganis sal-
signa conuocatis hostes detinuit, donec Johannes Lendoffij
maturo itinere aduentaret. Quatuor millia ac quingenti
mixti Vallachi et Turca prius in acie erant. Post cert-
et parati ad pugnandum non amplius cunctati, quam Tym-
pana et Tuba sonuere hostes inuadunt, et primo impetu
fundens sternuntque. Neque illi, qui secundum exercitum
implebant, vltro ausi discurrere. Moldauiensis velocitate et fe-
linatione per notos Barsouianorum montium saltus sicu-
liam irrumpentes populabundi sine poena praedas egere.
Hac ante Cal. Decemb. gesta sunt. Inter comitibus Georgii
pace facta et hostibus Exregie propulsi, vix dum quies cepisset,
cum nouo et perpetuo bello (cui externos semestra ingens
aperta est. Nam omnium, qua postea facta sunt malorum,
hac fuit causa et origo, imò et continuus ad pereundum perden-
dumq; fato, dum pro charitate odium immortale nullis lacrimis,
nulla

nullo metu, nullis precibus expiabile, pro hostibus Cives et
sanguinem nostrum caei usq[ue] ad exitum sectemur. Anni ergo
insequentis principis inter Ferdinandum et Georgium tracta-
tus repetitur, nec multo post missi iterum Nicolaus Comes a Sal-
mia et Andreas Bathory colloquium, cum Georgio in Dio-
sp[er]o, oppido Sigismundi Forgach habere, sicut Induciarum
tempus nondum exisset, quas Ferdinandus superioris
anni Comitibus Posoniensibus cum Solimanno pactas, et pace
sperrare publice in sonitu cum adfensu populi vulgarrat,
et quod in his Johannes Secundus comprehensus esset pop-
hac publicitatis atterat, Regina in oppidum Enyed concilia
vni indicat: et multi ex familiaribus alienatis animis ob-
suetus, ab Georgio ad Reginam defluere, Regnum in parti-
bus Regine stabat. Petrus Petrovicius in Temesvar
arma et exercitum parabat, Georgio renuntiabat ami-
nistratio rerum et Varadini manere iubetur. At ille anxi-
us, et si potentiam amitteret, maiora timens, Ferdinandum,
quo in statu res essent, docet et auxilium maturare iubet,
ipse per Hungariam collectis copiis Transylvaniam et Craci-
tium ultro ingreditur. Hi per Regnum pacem tentare, obse-
quium simulare, Regina per modestiam respondente; ubi pri-
mam de Regno et comuni utilitate consultum fuerit, Dominum
et factos inter se conuerturos Comitibus tractis et inanimis
verbis elusis, Regina Albam Juliam affecit. Georgius,
plerosque Tyrannorum et legatos civitatum largitionibus et
ingentibus pollicitationibus in factiones deduxit. Nam No-
bilissimus et optimus quisq[ue] Reginam sequebantur: Melchi-
orem Balasam, Antonium Kandy, Michaelen Csaky
et Petrum Kys Consiliarios Regine, tanquam auctores
Discordiarum arguebat, et novissimis exemplis plectendos
designabat. Sed tamen Georgius ne pelleret, plecteretq[ue]
maturum ex composito auxilium fecit. Nam Ferdinandus
a Carolo V. exoptato Duce, quod ipse suis semper infeli-
cibus usus esset, et Hungaris infesto quodam ab antiquo
odio, quamvis experti et forsimum displicerent, Johan-
nem Baptistam Cabatum dederat. Hunc Ferdinandus
bello propositis, addidit Andream Bathory, Thomam Na-
desium et Stephanum Losoncium militia auctori-
tate genere facile superioris, nec ullis Ducibus secundos,
quos nostris temporibus Hungaria vidit si est virtute us-
fulsen.

9
fuisent, quamquam enim a Matthia Disciplina omnis,
infamia et ignavia Principum corrupta, ceteris rationes
vtraque Victoria delendo novum conferrent, non tamen deo
remile Hungaria solum ut non proclara virtutum exempla gi-
neret. Jam copia Ferdinandi Duce Johanne Baptista Cabato
ad arcem Almas per viam, qua vulgo Mepes vocat, pervenerat.
Tum Georgius Albam Juliam oppugnatum vadit. Quo comperito
Regina Sebesum vicinum oppidum uno militari concessit, Fran-
cisco Horvath pro custodia relicto viginti duobus Formentis
concessum et oppugnatum est, sub quibus non mittebat Geor-
gius Epistolas et nuncios ad Reginam mittere, promissa et
Consilia miscere, sibi ipsam et filium curae esse aliquando
victum ostendere, meti, minis, promissis perucit ut Albam
Juliam dederet ex mandato Regina tradita. Georgius pre-
osam suppellectilem, quam ibi reliquerat, remisit, simul misit
nuncios colloquium pro comodo Regina et filii petierat,
si prius dedit traderentur Ferdinando Melchior Ba-
lasy, Antonius Kandy, ut tamen a Ducibus Ferdi-
nandi, quos supra diximus, facile Regina veniam im-
petavit ita colloquio, qua cum Ferdinando transegerit,
recessit, et Regina in praesens per prodicionem victa
fortuna ac potentia cessit. Felicitium ergo Regina
cum filio Georgio et Duce Ferdinandi ad pactam diem,
cum convenissent, Coronam inquit Regina et Regalia
Insignia, quod felix et faustum Regni populoque Hunga-
ria, superi dent, ex manibus meis Vobis Proceribus
Hungaris trado, Deoque, ut eris pro vestra salute, si
aliter valius statueris; mihi vel hoc gloria erit, vnam
serui et alumni Coniugis mei fraude victam et Carro-
nam tot bellorum causam inconuentam, quandoquidem
et longo bello spes vicesque et propinqua auxilia super-
essent, concordia et comodo vestro meas Fortunas et
Inari proponentem, si tantum hoc unum cadem haecenus
impedivit consignasse, Deos, hominesque testor, idque
mihi vel in tantis malis summum solatium est, nullius
mali vel incommodi Vestri a me causam initiumque ortum.
At me Hercule horrescit animus, qua Vobis da-
des, qua mala, calamitates mente praevideo. TC
DNT

DEVS Op̄s Max. te Orphanorum Protectorem,
Te fœderum vindicem inuoco, ut ruptos fœderum, In-
duciarum sacro Sancta pax et Iurium Diuino humano,
rumq; sempiternis poenris adificias; me vero et hunc Inatum,
qui Iustos nunquam deforis seruaturum non desido. Quia cuncta
premiis hinc comperta Ferdinando et responso allato
Pmita Colosuarum indita. Co conuenere Regina, Georgius et
Duces partium, et in adem primariam sit conueniunt. Tum
Regina transtulit Imperium in Ferdinandum. Ex aduerso
Duces partium gratis actis fauorem Principis, pro dote
centum quadraginta millia numum aureum, et in Silesia
Oppauichsem Ducatum obtulere simul vinculum affinitatis,
ibi tum ad aras pro Ioanna minima nata filia modo so-
lemnium matrimonium Ioannes Baptista Castalonus et
Thomas Nadasius, e contra pro Regina Johannes II. et Ge-
orgius iurauerunt: exinde data mandata ad Quilales et Præ-
fectos Arcium, et Petrum Petroviciam, de quo omnes dubita-
bant, quod amplissimam Ditionem et validissima munimenta
Temesuarum, Lippam, Beche, Beckerecke et plures alias arces
relicturus non videbatur. Tanta enim erat potentia atque opus,
ut si mediocriter aditus fuisset, et Georgius et Castalonus inuitis Regi-
nam Regnumq; retinere potuerit, at ex inata lenitudine et auaritia,
a victis Reginam cum filio sequitur, nihil omnino egit. Ad Soli-
mannum tamen nunquam cum litteris ablegauit, quibus eum,
docebat de omnibus, qua agebantur. Quod vero Temesuarum
et inferiori Hungaria sibi sedendum esset, id sese inuicem facere
ne Johann II., qui Archidux Georgii in potestate Germanos iam es-
set, ne aut perniciem inferretur. Solimannus ita ad ea re-
spondit, ut se id vehementer dolere ostenderet, tamen ut curam
et custodiam pueri suscipiat, monet; reliqua, qua ad Transyl-
uaniam et Hungariam adtinere sibi cura futurum; tantum
autem rem etiam illud faciliorem ad exequendum reddidit, quod
Georgius et Duces Ferdinandi Reginae obtendebant.
Ferdinandum singulari beneuolentia erga eum affectum,
ut etiam de matrimonio contrahendo cogitaret, nam artes
in eam omnes tanquam spicula incenderant. Ita breui
omnis Transyluania et Hungaria inferior in potestatem
Ferdinandi cepit. Cassouiam et superioris Hungaria
Fractum, nam eo usque Regina imperium protendebatur,
in aduentum suum seposuit. Regina ex Transyluania
digressa

10
digressa occurrere, ad Tibiscum Petrus Petrovicius, Jan-
sus Patochy et Melchior Dalasta. Paulo post Conbar-
lus Cerey Cassouia profectus, cum lectissima Equitum
ac peditem manu ventumque Cassouiam. Ad Solimannus
comperto, qua per Georgium et Ferdinandum uerentur a Pe-
troviciis et Passa Budensi, ceterisque Praefectis ruptis in-
duciarum pactis Beglerbegum, Tracia Mehemetum congre-
gato ex Europaeis Exercitu, in expeditionem ire iubet,
sexaginta millia armatorum ad Szalankemen, quod
inter Iaurinum et Petri Paradinum est, conuenere. Du-
rubium ad Petri Paradinum et Tibiscum ad Titelium,
haud procul ubi Tibiscus et Danubius miscentur pon-
tibus traiecit. Longissima nostra Conspectus in Orientem
Seruiam Beche et Beckerecke proprie a confluenti-
bus Tibisci ac Danubi paullo infra Temesuarum, Bul-
garos spectabant, sed primum ad oppugnandum occurrebat
Beche arce munitione et praefectis valida. Praefecti ab Fer-
dinandi Ducibus nuper imposito erant Thomas Len-
thamar et Gabriel Figeoy: quatuor dies duobus
ab locis ingentibus ac pluribus. Formentis ita con-
cussa, ut ad abeundum et oppugnandum maximis Ex-
ercitibus pateret via. Sed Beglerbegus dolo graui-
sandum ratus Gabrielem Figeoy promissis atque
iuramentis si nullis conditionibus conuenirent, illa
sua dimissurum ad colloquium pellexit. Ille aduersus
metum periculaq; ex promisso fortior, fraudem aut non pro-
uiderat, aut eadem ut cogitauerat: hostes enim sub
colloquio totis copiis ad oppugnationem succedunt, et
nostros ad incertationem pugnantibus, non sine strage sua
arce potuerunt. Hinc ad Beckerecke iterum, qua in lacum
eiusdem nominis Insula et in ea arce sita, postera die
per seditionem militarem capta est. Dein Chanadinum
rapto exercitu vltro deditur, Nec postea alia arces sine
capella vim expectauerunt. Deporta postea Sata Tracia de,
Bonico Nagy Sellak Cerey Chialia, Palalife, Bodordak, Fu-
dordaka, Eperies, Horogsig, Charkissomlio, Szadgya cum Rapani
infra

infida gens, primi ad hostes defecissent. Eisdem diebus An-
dreas Bathory et Franciscus Patochy in Civitate Lippa
auxilia Comitatum congregauerunt: accesserat Carolus
Sirotonius Varadinus Ungarorum praefectus a quibus
missus Thomas Egeci cum Equitibus centum ad explo-
randum die et nocte per laborem et vigilantiam exhaustum
in Villa quadam confedit, ibi eos incensos et sine custodia
agentes Uman Begus, cum quingentis Equitibus oppressis,
Septem ex omnibus cum Thomas euasere, quod periculum metu
auxilium Comitatum iniecit, quod Beglerbegum Varadinum
versus proficisci, et Damoc liberos, Uroessq; hostes Exeritui
expositos timerent, et cum nulla arte retineri possent,
disperguntur, sequuntur et Andreas Bathory caeterique
relicto Johanne Betho cum modico praesidio, Oppidan
sepe in periculo desertos quosdam simul paucitatem pra-
esidi despectantes Seditionem captauerunt, mimitantes Johan-
ni Betho ut exemplo decederet, qui pari metu percussus
repletis puluere Sulphureo ad summa Ora Tormentis et
Funiculis accensis locis opportunis relictis, se confu-
lens: paulo post Tormentorum crepitu, ex quibus duo tan-
tum eximia magnitudinis disrupta illapsam praesidia
intelligebatur: ceteros vero occupata arce vacua, quod pra-
esidi exitio, saluberrimum visum, missis nunciis Regem et Ci-
uitatem et arcem Beglerbeo dedidit, Andreas Bathory
et Gabriel Perennius in Thomaseida Thomas Var-
loch in Erdohagy Franciscus Patochy et Melchior
Balassa Gyula modicus interuallic castra habebant. De
quorum numero Franciscus Hornath cognominatus, Nagy
Dosse arcem Chalkia cogitans improvisa et occulta ir-
ruptione capi auxilia petit, quo Duce congregati ex no-
tis Scingenti Chalkiam, qua tercentorum Turcarum
praesidio tenebatur tentandam proficiscuntur, et obsuro
adhuc capto lucis admotis scilicet celeriter in arcem
peruadunt Turca quod Amasath Begus ex fami-
lia Michalogh publice aduulsi, prauegitibus ex teme-
lentia sopiti ac strati omnes fere capti, nec Beglerbegus
interca defuit victoria, Lippa quinque milia Turcarum
cum

11
cum Uman Begus praesidium imponit, ipse Temesua-
rum oppugnandum petit, usdemque omnino diebus Cam-
berbegus praefectus Nagylaki ducentis Equitibus, ad
oppidum Macho diues et amplum praefectus cupidine
sanguinis, ex infita gentis fauitia caui et praeda de-
stinauerat; sed suis viribus diffusus, auxilium a Segedi-
rensi Begus opperiebatur. Quare occultis iudiciis ex vul-
tu gestis que hostilibus comperta, missi properere nunci-
ad vicinia oppida vicisque auxiliis accersendis exqui-
tus armata iuuentus et ex agris Militia: Haydones
vocant; sub signis compositi properauerunt Camber Begus
alba Vexilla, quibus Turca libenter videntur, procul
fulgentia ex lineis velis raptim confecta fidem fecere
venientis auxiliu mature armare ac sese coniunctu-
rus et mox ad exitum miserorum reuersurus, vix ta-
men ex oppido egressi hostibus impinguntur, ex primo
statim impetu filii ac ad omnem Maross impulsu; omnes
sunt capti, aut vincti hausti Camber Begus solo et quatuor alii
ope vnius Piscatoris dilapsi, qui forte oblati in aduersan-
tiam exceptos in nauiculum et iam iam perituros praesenti
pecunia remuneratus detulit. At Temesuarum iam oc-
cupabatur et circa Idus Octobris erat, quod Stephanus Los-
sony, Illustris eademque vetusta familia et militia cla-
rus a Petrovitzio traditus in temporalem modum curam,
donec Ferdinandus decerneret iniis receperat; mox
tamen inundante velut oppressus bello, militem Comea-
tum armaque adiuuantibus Gabriele Perennio et Ni-
colas Bathory Illustribus Iuuenibus parauit: addide-
rat Castalonus Bernatoum Aldannam et Alphonsum
Pereffo Sayanedraulum Fratres, quorum ille cohortis
Hispanorum, hic Ducentorum Hungarorum Equitum Pra-
efectus a bello contra Melchiorum Balassam et Matthi-
am Dase, latrocinis et praedationibus, cuncta turbante
et totius Regni consensu, publice proscripserat, paucis ante
annis gesto, moribus et militia nostra imbuti fuerant. De-
glorbegus ergo, quemq; arce oppideret, et tormentis oppu-
gnaret, non in arcere intra moenia hostem potuit, quominus
Lossony

Lossonezium quotidie extrumperet et multorum Turcarum
exitio aeri certamine prolium finiret, ipse ante alios
Deglerbegum provocans et paratus, ad singulare certam
men se hostro dimicare auderet: interim Georgium, qui
cum Castallo Transylvaniam componebat, aduersa belli
fortuna mirum in modum angebat, atque ad Orientem
amissa munimenta Regni, Arces, Ciuitates, Vectigalia
et Temesuarum oppugnationes suspectabat. Sed nihil ali-
que, quam nostrorum paucitas, quam Hispanorum duo
vexilla erant. Germanorum quatuor cohortes Equitum Pro-
hemorum et Germanorum singula ala exigua manu
si hostem respicias neq. vllum retro subsidium, quam,
quam nuntiorum et postarum strepitu Ferdinandum
fatigares: ita illae inopia Sisu et cunctatio, hinc neces-
sitas cuncta inuoluebant, atamen periculis occurrere
placebat. Postremo visum retere ad id propinquum et e-
presentibus optimum circumire Ciuitates, et Nobilibus
simos quosque modo vniuersos, modo singulos orare, ob-
testari, alius aurum et argentum donare, ingentia pro-
mittere precibus munera, muneribus preces misere,
donec vniuersum Regnum in bellum conuincit. Nobilitatem,
ciuitatum auxilia, et Siculos propriis Exercitibus
pro militari ordine disponit simul Thomam Varkocz
Varadinum Praefectum, auxilia Comitatum contrahere,
militemque scribere, et Andream Bathocum Alam
Equitum et Cohortem Ungarorum in stipendio Ferdinan-
di ducentem vna occurrere iubet. Sic dolore articulo
praditus, Gabrick Perennis, qui peculiarem alam et pedi-
tum cunctum suo sumtu habebat milites et imperium
tradidit Georgius auxilia Regni innumera multitudine
traheret Liberis exercitibus modicus interuallo aderat
pratoriarum Cohortium mille quingentorum lectissima ma-
nus et ala veterani, quos pro custodia corporis pace et
bello nusquam a latere dimittebat, Castallus vero cas-
que proximis copias ducebat Thomas Varkocz et Ferrandus
cum decem millibus pedum Equitumque Formosam, pri-
mi venire, mox alii atque alii exercitus, Duces, Formosam
et statim

12
et statim Toppam promoti castra arxque et ciuitas mi-
litari corona circumdata, apparebat, enim Deglerbegum
obsequium Temesuarum relicturnum et cum his copiis, pa-
nibus aut etiam maioribus non certaturum. Nam pra-
cipui ex Ducibus et Militibus quique ex vniuersa Hun-
garia, fama militari celebratissimi ad nouas res va-
nitas animis ab initio confluxerant; inter quos erant
Ladislavus Gyulassy Valentinus Magyar, Simon
Forgacs postquam muri triduo ingentibus tormentis
ad oppugnationem satis amplo spatio dejecti Nona Cal.
Novi ad horam 11. am pomeridianam oppugnatio cur-
tus indicitur: interim septem ex Hispanis magnam
facinus ausi, nam ad patens muri ruinas confen-
dere praesentes, qui statim sunt capi, inde rumor ad Hi-
spanos Germanosque peruenit, et expugnata vrbis decem
certatim praeripere conantur, neque expectato tempo-
re praefinito hiantium murocum spacia subire, excepti
que deni certamine a consertissimis et peritissimis
hostibus pulsi cadebantur, cum Hungari sono ac fremitu
exciti, Thomas Nadasio fugam ac eadem nostrorum
nuntiant, forte praedii causa ad mensam erat statim
Castallo ac Georgio nuntiat, Hispanos ac Germanos ab
oppugnatione reiectos, se illis tamen successorum cum hi-
quos sibi aggregare poterit, vt auxilium mittant in tem-
pore reputans vltimam na festinauit, equis vt erant
dimissis, cum globo suo anleire. Post hunc Simon Forgacs
duces propria ala et subito ferocissimus quique Ungarum, aut
laudis cupidus, sese aggregare, versaque praedii fortuna hostes
fundeantur, Georgius Castallus ac ceteri Duces ad impro-
visum tumultum et praedii clamorem ab equis non ca-
sere praedii hora erat, ad arma celerime conuocant et
simul Exercitus vniuersus totis viribus incubere. Pars
enim in subsidio collocati erant, alii ad motus factis ad
summa euadent, in muris in nimis vbiq. praedii, tormen-
torum terribilis sonitus, coelum ipsum terraeque pulueris sub-
phurei procella modo tempestatem obducta, et fulgentium omnium
resonantia fragore, vincendum ac victos fremitus, vlatatus, terra
et aduers

et admirabilem cruentissimi praelii speciem cadere. Inter
primores Simon Forgach obitus quoque proflamens,
urgens pugnavit inter confectam hostium aciem, undecim
vulneribus concidit; tandem victi et in arcem pulsi, ibi
tum nova caedes exoritur angustis enim pontis atque
portarum ^{et afflicti hostibus nostris terga}
dare aut ponte precipites conidere. Eadem fuga septi-
genti Equites per aversam portam erumpentes, in subli-
dia, quere Johannes Torök dum audiendus praehat,
impingere eademque celeritate fusi ac ad murum pel-
lentes impulsi, qui forte interuentu Andrea Bathory
multorum casibus iterum repulsi, omnes sunt delati.
Johannes Torök dum ardentius instat cum insigni Turca
congressus, septem per equum acceptis vulneribus, na
cetera ferro per medium deserto. pertinaci certamine, non
sine sui exitu conficit. Civitas in pradam versa, Simon
Forgach exanguis caeside excussa, ac ense aurato
prope reperto, circum cadauera hostium est inuentus,
nam capi aut pulsi hostes, spolio potius non sunt, redempti
undecim vulneribus acceptis in Tabernaculum, cura Me-
dicorum postea revaluit, nisi quod per frontem dextrumque
oculum, aduersum vulnus, cicatricem reliquit.
Deglerbegus tristi fama expugnata civitatis
et nostri Exercitus numero et robore pravaulen-
tis, simul autumnus in hyemem et hybernos
Impres precipitem mutationem timens, post
duodecimum diem quem obsederat, Temes. va-
num reliquit, tunc Lossonecio ipse vestigiis
infractis, et velut victoriam exprobandam, mo-
do nouissimos modo effusos carere, eodemque
itinere ad Tschak castellum diuerso et Lay-
dis Aga Praefecto praefidi in procedentes e-
quites erumpente, ab subsidiariis retro pel-
litur et statim per terga hostium occupato
ponte in Castellum irrupit, omnibus aut
captis

13
captis in Laydasaga aut capto Vltmanbegu
mille et quingentis suorum plerisque sauciis
in arcem persuaserat, contra statim directa For-
menta, nec ille deerat, fossas et aggeres introi-
sum fouere, sed nihil aquae premebat, quam fame,
unde si incolumis cum suis dimitteretur, arcem de-
diturum nunciat. Ad hoc Castellus in arbitrium
Principis, qui clementissimus esset, seque et ecce
cedere respondit. Et responso, cum captiuitatem sibi
et suis denunciari, facile intelligeret, ad Georgium
conuersus palam precas et vires ostendere, clam promi-
sa ostendere, si se ceteros tot militares viros saluos
dimitteret, tantam apud Solimannum eius bene-
ficii gratiam fore, ut haud dubie in Transylvania
a gubernatione priorique auctoritate ipsum reti-
neret, modo nouis beneficiis ac gratis locum opti-
ma occasione pararet. Procul dubio concusserant
haec Georgium, et reputans secum, quae vires essent Ferri,
randi, quae contra potentiam Solimanni futura et grauiora
metuebat et ferro, ut est in proverbio: Sapientis confilia post
faciam, solida potentia volutabat. Hostibus tamen duorum
et viginti dierum inducia ex consilii decreto Georgio
concessa, sub quibus perfidos nuntios alimentis
illos iuuabat, et diserebat apud Duces, arcem
per dedicationem recipiendam, quod longe utilius foret,
nam tot hostibus aut deditis aut victis, quod sine
multorum caede fieri non posset, paruum emo-
lumentum, qui similem casum posse et nostris ali-
quando contingere inter continua bella, et non
absurdum debentia exemplum neque nociturum apud ipsos
etiam hostes valiturum. Nec se negare Vltman Be-
gum priuatum a se gratiam meritam, nisi publice
caus

cuius potior ratio hostis habenda esset, neque sese
moneri, quod Buda egredienti sibi cum Regina et fi-
lio de Solimannum consiliis et ope salutis fuit.
persuasi sunt Duces, namq. aderant viri et auctoritate
et potentia, quibus non poterant refragari, per con-
ditionem ergo recepta arce dati sunt a Georgio cur-
rus, quibus arma, sclopeta, pila lancea imposi-
ta, alius alius comعات additi ducenti equites
plerique Rasiarum in Comitatum eadem die, qua
Ulman Begus digrediebatur munera Georgio,
quatuor nobilissimos Equos, pectus rhedam, pu-
gionem, Sudarium, latebram et candelas duas
auratas misit. Hæc sunt, quæ Georgio suspicionem
mouerunt, quæ opinione hominum maistra facta
fuit, per Ulmanum litteras ad Solimannum compo-
suisse, quibus se et Vngariam illi commendaret, ut So-
limannum in pristinum statum reducturum speruaret,
hunc accedebant potentia, quem vehementer metuebat
et quæ iniuriam fuerant, eam uis, quibus uictus fuisset, Mil-
le et trecenti Turci, cum Ulman Bego exire ac in
militario confedere reficiendis corporibus armisq. expedien-
dis anxii, periculum inter confinia; Ex quibus men-
cauti Barbari, prouidebant, nocte tandem magna
iter emensi. Semel uero Michael Dombay et Be-
nedictus Posar, Fellako Gregorius Vitez, et Am-
brosius Nagy in campis variis imis aduersum
profecti, a quibus Ulman Begus, pluribus saloni
amissis, impigre tamen sese retatus in Melchior
reth Balassa et Franciscum Horuath ex castris
per noctis silentium clam digressus, inuadit, hic
enim Balassa unus mortalium, neque edicto,
neque Principi, neque religioni paruit unquam, ex quo-
rum generis fato, proliquo congressi et amissis militi-
bus, Balassa per dextram pedem pila sclopeta, tra-
iecere Francisco Horuath clypeus perforatus,
quo periculo affecti, hostem dimiserunt. Paulo post Michael
Toot

14
Toot cuius Begedinus et Ambrosius Nagy
Popularium fortissima manu ferum auxilium ve-
nit. Ulman Begus, tum fame et prelio omnibus fere mil-
libus amissis in itinere haud multo pluribus quam trecentis
his uix Belgradum peruenit, Georgius interim Lippum no-
vis munitionibus restaurauit, et Bernardum Aldanum, cum
cohorte Hispanorum Tormentorum comitatum copia im-
posita, pro praesidio reliquit. Sed tanta erat ab omnibus indi-
gnatio in Georgium orta ab omnibus ut Duces in eius ne-
cem conferrent, ac ad Ferdinandum retulerunt: qui Melchior
Hispanum regii aucupii profectum Venissimum alumnum,
et eo firmissimum, cum mandatis celerissime ablegauit: non
ergo differendum arbitrabantur. Sed per cursores tempus
atque modum quærebant. Melchior Balassa tanti rem
facinoris ultro sibi demandari petebat, et in ipso ponte
Cuitatis rem patrandam, ac Cuitatem occupandam conse-
bant, homo, quem Caulem ille et per fugam ad Ferdinandum
spoliatum, omnibus fortunis non receperat modo, sed au-
xerat et ornauerat, omnibus Fortunis atque Dignitatibus
honoribus, consilium tamen, qui periculosum erat, cum
ille longe maioribus copiis fulciebatur, in opportuno,
rem occasionem esse translatum, rati, dissoluto Exer-
citu per solitudinem aliquam negotium posse confici.
Tuereunt ex Familiaribus, qui admonerent, quibus
ipse contra Caroli Quinti Imperatoris Ferdinan-
di et Pontificis Maximi Diplomata ac promissis
sa obiciebat, ac matum sibi ipsis comitti, qui res
Turricas nondum cognouissent, dissecebat, utinam in-
quies semel tantum colloquium cum Ferdinando
iniret, non in aliquot uiliorum mancipiorum capi-
tibus uultu solum esset, quorum multa millia
Solimannus haberet. Sed Budam se atque
Vngar

Ungariam spectare, eius se consilia atque ratio-
nes recuperanda cogitare, in itinere, cum Castal-
do iter faciebat, una in vehiculo patrandum facinus
placebat, sed cum semper Princeps Viros secum
haberet, non potuit, solum occidi placebat. Cum autem
Georgius ad Calend. Ian. ex ipso itinere Comitia o-
mnibus Ordinibus indixisset, ante illum diem Castal-
dus, perpetranda rei, quamuis occasionem quarebat
iam in Castellum Georgii Aluincium periculum fue-
rat, melioresque habitationes Castaldo hospitium de-
derat ipse proxima cubicula sibi desumpserat, nam,
que illum in summa Veneratione habitum, cultu tan-
quam supra se obseruabat potentiam sibi retinebat,
nec deerant conuiuia et omnis latitans signa, inter qua
Georgius Torraj, nobili quidem genere, et miles olim,
sed in caput accepto vulnere et laeso ac turbato cere-
bro facerrimus, atque Budentis diariumque Expedi-
tionum Comes, ab omnibus vehementer amatus, et Ge-
orgio charus, quem Fratrem vocitabat, propter solitam
impietatem et misericordiam flexo audacter hortatus
Caue inquit Tibi, ab Italis, barbaris, quibus
in Tuam necem deferunt, siue id a se factis
Spiritu, siue ab alio doctus monuit, quem intrepidum
in carcerem adduci iussit, et accidit, ut tertio
die, quam dixerat, interficeretur, cum Georgius
nuntium Iulii Pontificis rubrum Galeorum
(in insignia Cardinalitica Dignitatis) ferentem paucos
ante dies habuisset, et in sequenti die accepturus
esset 10. Calend. Ian. Exercitus et praetoria co-
hortes praecipere equi, Turba amicorum ac Famili-
rum omnes ac grege aulicorum ipse cum solitis cu-
rando corpori ministris, mox secutus Castaldus suis
copiis

15
copiis ut parati essent, sed ne iniussu suo moue-
